

principi ac honorabilibus viris . . praeposito, decano et capitulo ecclesie Valentin(ensis) dilectis et fidelibus nostris salutem et gratie nostre ac dilectionis augmentum. |

Honores nostros agere ac magnificentiam regiam credimus honorare, si gratie nostre personis quibuscumque sed presertim generis nobilitate conspicuis et in ecclesia Dei precellentem locum habentibus et alias specialibus nostris amicis munificentia nostra concessa, ut debita prosecutione non careant, sed plenum et debitum effectum obtineant, celsitudinis nostre partes apponimus et executionem ipsarum utilem fieri iuxta petentis et concedentis animos regia auctoritate iubemus. Dudum itaque significante nobis reverendo patre domino Petro de Columna sancte Romane ecclesie diacono cardinali¹, amico nostro karissimo, quod vos credentes tam vestra quam ecclesie vestre condiciones et iura in spiritualibus et temporalibus facere meliora et quod per ipsum eadem ecclesia et eius iura in spiritualibus et temporalibus multipliciter augmentari poterunt ac etiam conservari, dedistis sibi ac heredibus et successoribus eius universalibus vel in rem et in feudum francum et liberum concessistis donatione pura, simplici et inrevocabili inter vivos, nomine vestro et dicte ecclesie Valentin(ensis) ac vestrorum in ea perpetuo successorum, Bastidam de Confluenti², ab hactenus eidem ecclesie regali seu imperiali largitione donatam cum ipsius iuribus, pertinentiis et appenditiis universis, ab annis triginta et citra desertam, omnino inhabitatam et sterilem sitam in territorio sive mandamento Valentie prope fluvios Rodani et Isare, cuius Bastide rehedificatio non solum Valentin(ensi) ecclesie supradicte, sed toti circumposite regioni perquam utilis et necessaria

eiusdem tenoris Ludovici de Bavaria, missae populo civitatis et dioecesis Valentinensis per Ludovicum de Bavaria super concessione seu confirmatione castri de Mota dictae dioecesis cardinali de Columna. Datum III. Nonas Iunii anno Domini MCCCXV.' Vgl. dazu die Dorsualnotizen beider Stücke und zu diesen wieder oben S. 722 N. 2. Wir haben also nicht mehr alle Ausfertigungen. Vgl. Archiv VII, 33 und IX, 445; Böhmer, Reg. Ludwigs 2617 (Addit. I). Bisher nur im Regest bei W. Preger, Ueber die Anfänge des kirchenpolitischen Kampfes unter Ludwig dem Baier (1882) S.-Abdr. S. 45 f. und ganz kurz in Vatic. Acten n. 1 und 2. Bei beiden Stücken ist das Pergament italienisches und die Hand die eines avignonesischen Schreibers. Vielleicht ist V nach VI geschrieben: der Text von V zeigt etwas flüchtigeren Ductus als VI und alle Rasuren von VI stehen glatt in V. 1) Petrus de Columna, Diacon von S. Eustachius, 1297 abgesetzt, 1305 restituirt, später Diacon von S. Angelus, 1326 gest. 2) bastida = castrum. Dieses Castell am Zusammenfluss von Rhône und Isère, nördl. von Valence.